

modo: ingratiā denique quia nouum fecit in federe, nouum in munere. *ibid. pag. 87. serm. 2. in Natiuit.*

Eiusdem, sermo in illud *Isaie 9. Puer natus est nobis, &c.* De tribus Christi Natiuitatibus, diuina, carnali, & spiritali, quas in tribus Missis hodiernis repræsentat Ecclesia, concionatur: ac de sex Christi nominibus, & cur non sint plura apud Prophetam euangelicū, aut pauciora. *ibid. serm. 3. in Nat. pag. 89. & seq.*

✱ IOANNIS NEPOTIS SYLVANI HIEROSOLIM. in cap. 2. Luca tract. I. Euangelium ab illis verbis: *Et reclinauit eum in præsepio, &c.* vsque ad reditum patrum. 2. Monet quæstionem, & docet hodie natum esse Dominū, non in Epiphanijs. III. Insinuat nunquam superbiam saluare sed humilitatem. *Tom. 1. pag. 479. & seq. Inter opera D. Chrysost. tom. 2. col. 1000. & seq. edit. Paris. anni 1614.*

✱ IOANNIS THAVLERI serm. I. in illud *Isaie 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Tractat. I. de triplici natiuitate, tribus missis accommodatę. II. De spiritali natiuitate Christi instruit dicere. III. Confert hanc natiuitatē cum aetherā generatione. IV. debere animam totam sese intro recipere, & iterum foras extra seipsam egredi: idque fieri per facultatum, animæ recollectionem, & per exitum extra se in Deum, seu renuntiationem. *a pag. 40. vsque ad 44.*

Eiusdem sermo 2. ad ea verba *Ioan. 1. Verbum caro factum est.* I. docet quod Deus verbum diuinum non nisi vnum locutus est, & hoc necdum prolutum. II. Verbum diuinum quatuor modis a nobis accipi & intelligi posse in sacramēto, in concionatoris ore, in Christi imitatoribus, in ipsomet per ipsum. III. De hoc vltimo fusē tractat. *a pag. 44. vsque ad 46.*

Eiusdem sermo 3. in illud *Isaie 52. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum.* Eum docet qui vult nasci in se Dominum, eniti debere totis viribus vt in diuina vnione proficiat: & quidquid egerit, totum ad Dei gloriam referat. Denique tria statuit exercitia animæ, ad Dei familiaritatem euocantē. *a pag. 46. vsque ad 48.*

A Eiusdem sermo 4. in illud: *Edidit eis potestatem filios Dei fieri.* Docet I. conandum esse vt filij Dei efficiamur, & signa, indicia & proprietates electorum & filiorum Dei obtineamus. Illaque indicia constituit & persuadet. *a pag. 48. vsque ad 51.*

B IVONIS CARNOTENSIS sermo. Quare Deus natus sit; Natiuitatis Dominicæ causam, hominis reparationem, reformationem, sanitatem assignat, Christumque medici similitudine repræsentat. *Tom. 1. Augustarj Biblior. Patrum serm. 6. B. Inon. de rebus Ecclesiast. col. 809. & sequent.*

Eiusdem, sermo alter de Natiuitate Domini, tria facit vnum quantū rationalis creatura suo debeat Redemptori, ex beneficiorū commemoratione colligit: alterum, Christum dicit Archimedicum, qui iuxta medicinæ rationem in quibusdam sanitatem contulit agrotis per similia, in quibusdam morbos euacauit per contraria, vltimum, temporalem Christi ex virgine natiuitatem, & spiritualem qua ex matre Ecclesia nascitur Christianus, ad se inuicem analogicē confert, pulchrē admodum. *ibid. serm. 8. col. 814. 815. 816.*

S. LAURENTII IUSTINIANI sermo in festo Nat. Domini beneficia diuina commemorat. Nobilitatem hominis in se, & ejus vilitatem in statu peccati declarat; Dei bonitatis dignationem in verbi æterni incarnatione, miratur: ipse enim Dei filius per viscera misericordiæ visitauit homines, tanquam medicus agrotos, veritas clarissima, in tenebris consepultos, liberator fortissimus in captiuitate detentos, amantissimus Pater filios prodigos. Exinde humilitatem Christi aliasque virtutes ipsius Natiuitatis expendit, favores diuinos hominibus totique mundo hodie collatos recenset. Cæterum Natiuitati Christi mysticæ in cordibus nostris per infusionem gratiæ factæ ea que Natiuitatis ipsius temporalis sunt, mirifice accommodat. *part. 2. pag. 603. & deinceps.*

S. LEONIS MAGNI, in solemnitate Natiuit. Dom. sermo primus, tri-